

ab accusatore, solum pareat legitimo superiori. Hæc responsio est D. Thomæ 2. 2. quæst. lxxxv. art. 1. ad 1. *Quando aliquis secundum ordinem iuris a iudice interrogatur, non ipse se prodit, sed ab alio proditur, dum ei necessitas respondendi imponitur per eum cui obedi-  
tas tenetur.*

XXVII. Obiicitur ultimo. Mendacium officiosum non est peccatum mortale. Eiusmodi est mendacium quo reus in iudicio interrogatus negat crimen a se commissum, ut mortis poenam vitet; quemadmodum mendacium tantum officiosum est illud quod quis profert, ut proximum suum a morte liberet. Hoc namque mendacium neque iustitiae; neque caritatis adversatur.

XXIX. Resp. Hinc obiectioni respondet Angelicus loci cit. ad 2. & ad 3. his verbis. *Ille qui mentitur in iudicio se excusando, facit & contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi, tum ex parte iudicis, cui debitum negat, tum ex parte accusatoris, qui puniatur, si in probatione deficiat. Unde & in Psal. cxi. dicitur: Non declines cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis: ubi dicit Glossa: Hæc est consuetudo impudentium, ut deprehensi per aliqua falsa se excusent. Et Gregorius lib. XXII. Mor. exponens illud Job xxxi. Si abscondi quasi homo peccatum meum, dicit: Ustiatum humani generis vitium est, labendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare. Hæcenus Angelicus. Non est ergo mendacium istud solummodo officiosum, sed pecciosum simul. Animadvertendum tamen, quod, licet mendacium istud perni-*

ciosum sit genere suo mortale; potest tamen veniale dumtaxat fieri ob materia parvitate que negatur: ut cum reus, vel reus mentitur in aliqua facti circumstantia, a qua minime pendet istius causæ; dummodo tamen non adit iuramentum. Si enim mendacium iuramento firmetur, semper est peccatum mortale.

XXX. Plures alias difficultates de reorum peccatis resolutis in tractatu de iustitia vindicante. Nunc finem huius questionis imponimus, lectorem iterum admonentes de aperta contraria, quam impugnavimus, sententia salutariter; ut facile colligere possit ex rationibus quibus Auctores eisdem utuntur. Sunt enim mera sophismata. Multitudo vero Auctorum, que aliquo fati parva est, non maius pondus addit quam addere solent centum testes de auditu. Omnes autem, uno aut altero excepto, Auctores contrarii sunt testes de auditu: eo quod omnes alii post alios dicunt suam opinionem non esse improbabilem: quia Lessius, & quidam alii Summi præius id scripserat. Ceterum nemo unus, ut iam indicavimus, ex instituto hæc questionem ad mentem sacre Scripture, Patrum, & Catechismi Tridentini expendit. Ratio postillima quam omnes afferunt, est evidenter falsa, nempe quod lex, & præcepta Principum legitime imperantium ea que consuntur in conservationem boni communis, non obligant cum periculo vite. Hoc siquidem manifeste falsum est, ne quid plus dicam. Nulla itaque probabilitate fruitur contraria opinio: quia, ut communiter docent Probabilistæ, nequit probabile esse illud quod constat certo esse falsum.

## DISSERTATIO V.

### DE IURAMENTIS PRINCIPUM SERVANDÆ IUSTITIÆ

#### IN DISTRIBUTIONE PRÆMIORUM, OFFICIORUM, ET DIGNITATUM.

Difficillima, si qua alia, est controversia proposita: non quidem suapte natura, quia hoc ex capite potius facilis esset; sed ob Theologorum subtilissimam inventam amphibologiam, restrictionemque mentalium. Huius siquidem usum tum maxime necessarium prædicant, cum utilitas & commodum iudant. Et quia, in præmiis, & dignitatibus collatione frequens est occasio & damni subeundi, & utilitatis captandæ; idcirco iuramenta mentis restrictione, verborumque dolosa collatione, & significatione ad præ-

mia assequenda, damnaque vitanda inflectuntur, & aptantur. Ut perspicue rem hæc, quoad fieri potest, enucleem, in plura capita dispositionem tribuam: & in primis discutiam, an iuramenta subditis imponere, quamvis sub iuramento præceptæ, quænam vetare Principes licite valeant. Deinde que re ipsa in principatu lub iuramento præscribuntur, edisseram. Tandem difficultates que proximæ, & observantiam iuramentorum spectant, explicabo.

### CAPUT I.

*Principes valent iuramento edigere subditos officia, absque personarum respectu, solumque distribuentem iustitiam spectantes, exercent; & ut in officiorum, vel dignitatum ambitu suffragatores, nec muneribus, nec obsequiis, nec promissionibus inflectant.*

**Q**uod Reges, & Principes possint subditos suos sacramento adstringere ut in iustitiæ sive commutantis, sive distributivæ muneribus officisque impendis sola virtutum merita respiciant, oculoque cuique humano affectui claudant, extra controversiam posuimus est. Iustitiæ siquidem integritas, & eisdem intaminata administratio cuiusque recti regiminis, & optimi Principatus basis est. Ipsa bonum publicum promovet, & auget; subditosque ad pericula subeunda, ad difficiles conatus, magnoque ausu impellit. Porro ea omnia que in bonum commune principatus conferunt, Rex præscribere læse valet. Cum ergo propiciis, iuramentum opportunum fore ad iustitiæ integritatem servandam, eodem obstringere subditos peroptine potest. Exempla tum ab Ethnicis, tum a sacris litteris arcessita rem confirmabunt.

II. Alexander ab Alexandro Lib. III. dicit. *gen. capit. xvii. leges referet quas plebs Tribuni rogantur in ambitum illorum qui emendicatis aut pecunia, aut obsequio suffragiis dignitates, & gradus assequerantur.* Petilius Tribuni plebis legem tulit (inquit) ad populum, qua largitiones illorum qui pecunia honores mercarentur, gravi damno, & poena multavit: fuitque severissima disciplina, & sub gravi censura lex servata, qua ambitioni, & cupiditati obviam saepe itum est; ita ut inter exempla relatum sit, Q. Coponium, quod vini amphoram ei cuius suffragio magistratum petebat, dono dederat, ambitus condemnatum penas sustulit.

III. Lucius Calpurnius Cælius, Caius Servilius, & Caius Gracchus, & Marcus Linius, Cornelius Silla, Pompeius, & Quirinius Consules, Dictatores, & Tribuni innumeras pene leges adversus venales gradus,

& dignitates condiderunt; donec tandem lata fuit Lex Julia.

IV. Marcus Tullius tandem duraturum Romanorum Republicam aiebat, quandiu administratio iustitiæ, largitio præmiiorum, ac scelerum punitio vigilerent. Multa hæc de re scribit Lib. II. officior. cap. xvi. *Caput autem est in omni procuratore negotii, & muneris publici, ut avaritiæ palliatus error minima suspicio. Utinam, inquit C. Postumus Sannius, ad illa tempora fortuna me servasset, & tunc essem vates, quando Romani dona accipere cepissent: non essem pallus diutius eos imperare. Ne illi quidem multa secula expectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc Republicam invasit. . . . Nullam igitur vitium tetrius quam avaritiæ, præsertim in Principibus, & Republicam gubernantibus. Habere enim questus Republicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. Porro questus Republicam habetur non modo cum dignitates, & gradus pecuniæ & donis emanant, verum etiam cum suffragia officis, & promissionibus captantur, seu cum vota mutuo dantur hæc pacto, ut occasione data mutuo accipiantur.*

V. At, ommissis Ethnicorum sanctionibus, ex ipsa Scripture, & Christianorum Principum edictis evincitur quam sit sancta consuetudo adstringendi sacramento homines, ut recte, & iuste principatus procurent negotia. Patriarcha Iacob fratrem suum Elau adegit ut promissionem sibi factam vendendi primogenita iuramento firmaret. *Sit Iacob: Iura ergo mihi. Iuravit ei Esau, & vendidit primogenita.* Gen. xxv. vers. 33. Eodem sacramenti vinculo adtrinxit filium suum Ioseph, ut suum cadaver transferret in sepulcrum patrum suorum. *Ego faciam, inquit Ioseph, quod iussisti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi.* Gen. xlvii. vers. 31.

VI. Imperator Iustinianus in leg. xiv. cod. de iudiciis. *Omnes omnino iudices Romani iuris dispensatores non alteritium primordium accipere, nisi prius ante selem iudicalem sacrosancta deponantur Scriptura: & hæc permanent non solum in principio litis, se etiam in omnibus cognitionibus usque ad ipsum terminum, & definita sententia recitanti.*



tationem. Sic enim attendentes ad sanctas Scripturas, & Dei presertim consecratis, ex maiore presidio lites dirimunt, scilicet quod non magis alios iudicant quam ipsi iudicantur; eum etiam ipsi magis quam partibus terribile iudicium est: siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito causa profertur examinanda.

VII. Plura tum Imperatorum, tum Principum edicta que iuramenta continent quibus ministri, sive Republice Nobiles devinciuntur ad rectam administrationem iustitiae abique cuiusque retributionis spe, transcribere illuc possem; sed ea missa facio. Nimis enim compertum est, laudabile esse consuetudinem iuramentorum, que instituantur ad maiorem observantiam earum rerum que in bonum commune Republice, & Principatus felicitatem conducunt.

## CAPUT II.

*Explicatur iuramentum prohibens ambitum, vulgo broglio, quo Republica vetare solet Nobilibus suis, ne in assurgendis dignitatibus, & magistratibus, seu quibuscumque gradibus ambitum exercent.*

**S**emel admissio, Principibus licitum, immo & expediens tepius esse iuramento adtingere ministros, & subditos ut in gradum ascensione, seu collatione sola merita, bonumque publicum respiciant; remanet inquirendam, quodnam genus ambitus, vulgo broglio, veritum sub iuramento fit. Lex prohibens ambitum potissimum locum habuit in Republica Romana, que repetitis edictis, ac multiplicatis penis ambitum crimen prohibuit: quoniam in Republica qualibet multi sunt dignitatum collatores, seu iussuatores, & ideo gravis periculum imminet ne candidati prelationibus vota sibi committant.

II. Porro, ut perspicue (quoad fieri potest) summi momenti, & difficillime resolutionis argumentum edisserant, ambitus notionem, & diversa genera proman oportet. Et quamvis nomen istud ambitus, vulgo broglio, seu broglio multa significet, nequeatque praecisa definitione exponi, nihilominus dicere possumus, ambitum genericè acceptum esse quandam meritorum expositionem, & supplicationem a candidato factam iussuatores, qui conferre dignitates debent. Ambitus iste nil mali iuste natura prodit. Verum alius ambitus est, qui praeter

meritorum expositionem, simplicemque precationem, qua candidatus orat ut iussuatores fixa memoria sua teneant merita, addit peculiariter obsequia, promissiones, pacta, retributionem, munera, & alia, que movent iussuatores ad votum conferendum, non intantum meritorum candidati, sed proxi commodi ex tali voto reportandi. Quibus positis, duabus conclusionibus rem totam exhauiam.

III. Dico primum. Nullus Princeps lege aliqua interdicti Nobilibus suis diligentia, sollicitudine, & industria necessarias, neque simplicem meritorum narrationem, immo neque precationem illam que unice eo spectat ut iussuatores memoria teneant merita candidati, eaque exponant. Adeo vera est exposita conclusio, ut quilibet Princeps iubeat, Nobiles suos hoc pensationis generis exercere. Heine in Republica Romana veste alba candidati, qui officia, & dignitates petebant, in publicum prodibant. Alibi sua signa peculiariter habent, que ambitum indicant. Profundis quoque corporis inclinationibus, submissaque voce merita sua insinuant; atque ad labores in commune Republice bonum perlatores, expensaque factas ut respiciant iussuatores, sin manifesta oratione, vultu, gestu, & universi corporis demissione modeste & reverenter orant. Haec omnia ex antiquissima consuetudine Nobiles peragunt, que non modo non improbanda, sed commendanda a Principe: sunt enim diligentiae istae necessariae ut iussuatores candidatorum merita perspicua habeant, & pro illorum qualitate praemia, gradus, & regimina impartiri valeant. Quare Princeps non modo illius generis ambitum non prohibet, sed nec prohibere absolute licite potest, aliquid extraordinaria circumstantia decepta.

Quandoque enim quis absolute bona sunt, nocua evadunt ob aliquas circumstantias; que tamen, si rarissime occurrant, non sunt, nec esse debent sufficientes causae abroganda consuetudinis que suapte natura consentanea est Principi.

IV. Dico secundo. Quilibet Princeps ambitum illum severè interdicti qui exercetur precibus importunus, promissionibus, amonitione, atque consanguinorum negotiationibus, minis, sponsionibus iuratis, sive ante, sive post collationem dignitatis, aliisque artibus, que tollunt, vel apta sunt tollere indifferenciam iussuatores. Huius generis ambitus distribuenti iustitiae summopere insultus est. Impedit enim ne praemia dignis, vel digno-

gnioribus conferantur; quin ad indignos promovendos viam aperit latissimam, atque infinitorum causa malorum est. Si enim ignotus, qui nesciant, si tenati, qui nequeunt iustitiam sive communitatem, sive vindicem administrare, ad regimina exaltentur; quot non consequuntur damna? Subditorum perturbatio, scelestum, scelestorumque impunitas, virtutis atque proborum hominum depressio, & angustia, universe denique Reipublice iactura. Qua ergo lege obstringitur Princeps iussuatores tranquillitatem procurare, commune Principatus bonum salutaritatem custodire, & angere, optimos subditos praemiis, & dignitatibus donare, atque publice felicitatis perturbatores punire; eadem itidem devincitur ut omnia praescribere quae in hunc finem conferant, eaque vitare quae tantum bonum impediunt. Ad hos fines attingendos iuramenta, quibus obstringuntur tunc candidati, tum iussuatores ad iustitiam leges servandas, summopere conducunt. Iure ergo, & merito iuramentorum legem adversus ambitum principes rogant.

## CAPUT III.

*Plura iuramenta imponere Principes solet adversus ambitus abusum.*

**P**rimum iuramentum quo obstringitur Princeps suos Optimates solet, spectat ea omnia que capite superiore num. 4. descripta sunt, nempe preces importunas, negotiationes, parentum, amonitione, conspirationes, tentamina, votorum permutaciones, iuramenta quibus iussuatores teneantur candidatis, sive ante, sive post collationem dignitatis, et illis iussuatores tunc aut fore iussuatores. Alia iuramenta executionem spectant prioris iuramenti. Porro ut iuramentum prohibens ambitum descriptum, exactissime demandetur executioni, consuevit Princeps plures debinare magistratus, qui eummodi executioni invigilent. Nobiles qui recentissimos magistratus constituunt, aut iidem praesident, duo emittunt iuramenta: alterum, cum magistratum ineunt; alterum, cum magistratu abeunt. Primo iurant se in id operam daturus, ut iurata lex ambitus ab omnibus obstruatur. Secundo iurant se reipso observari illam edicisse. De his tribus iuramentis pauca dicturi sumus.

II. Primum iuramentum iustum est, habetque omnes conditiones necessarias. Illius siquidem materia aequa, & consequenter li-

cita est: gravis quoque summique momenti, quippe bonum publicum spectat. Illius itidem observantia iuste natura facilis est. Habet itaque omnes conditiones iuramenti promissorii. Vide que capite 11. n. 4. dicta sunt.

III. Porro ut melius vim obligationis qua iuramentum istud pollet, percipiatur, observandum est, quod, quando non ab aliqua potestate, seu Rege cogente, subditis illud imponitur (qui, velint, nolint, illi se subicere tenentur) sed ab illis ipsis indicitur qui illud exequi debent, ut in Republica Romana; tum ne fucata quidem eludi tergiversatione valeant. Quandoquidem Optimates, si siquidem consueverunt, subditis sancto si consueverunt, Principatum constituunt, potestatem praesertim publicam. Ipsi ergo, sibi leges sunt, quia ipsillae condunt una congregati; led separatim evadunt, legibus a se simul conditis obnoxii esse videntur. Porro, si iuramenta, de quibus nunc sermo est, ab illis ipsis qui plurimum saeculorum experientia didicere que Principatus bono congrua, que noxia, que observatu possibilis, vel impossibilia sunt, instituantur, & pluribus decretis renovantur, ponarumque severitate adversus transgressores inmanuntur; si hanc solam institutionem, & crebram repetitionem, confirmationemque spectemus, in sumum abeunt obsecutiones illa que fieri super difficultis litorum iuramentorum observacione solent.

IV. Primum ergo iuramentorum quod singulis Optimates asserit, omnibus conditionibus pro licito, valdeque iuramento necessarias, insignitur est. Duo posteriora, nempe secundum, & tertium, fuos praefatorum magistratum Praedices tangunt. Secundum, quemadmodum primum, est promissorium. Tertium alicuius. Haec duo iuramenta peculiarem locum asserunt difficultatem. Secundum, quo obstringuntur magistratus ad promovendam primi iuramenti observantiam, pluribus scopulis obnoxium est. Difficile siquidem est, homines, potissimum in Principatu, ut in alio invicem magnopere pendant, vel illis sibi aequales, vel superiores in ordinem continere, & transgressores coercere; & immensam odii, invidiaeque segetem sibi parare. Tertium vero, quod est alicuius, quo praefati magistratum Praedices iurant se reipso observationem legis ambitus curasse, est omnium difficillimum. Haec tamen difficultas ab observantia dictos Praedices haudquaquam excusat. Si eos gravissimum, unum revera est, praefati iuramenti omnis anxios efficit,



cit; magistratum recusare valent. Ceterum, si dignitatem magistratus ambiunt, & insipienter, iure adstringi possunt ut ius iuramentum onera implent eisdem. Verum de hoc plura in sequenti. Reliquum foret ut limites diligentiam quam præstare debent Præfides iuramenti vindicet, definiremus. Sed paucis hoc expediemus.

## CAPUT VI.

*Expenditur obiectiones adversus iuramentum ambitus: & magis confirmatur lex quæ ambitum prohibet.*

**I.** Plures opponi difficultates solent adversus legem imponentem iuramentum non exercendi ambitum in dignitatu ascensione. Eas omnes ad examen revocabimus, & ex earum resolutione clarius patebit quam iusta fit lex quæ ambitum ius iuramento prohibet.

**II.** Obiectiones 1. Iniquum est iuramentum ab eo exigere quem seis esse peccatorem, ut cum S. Augustino, D. Thoma, & D. Antonino communiter Theologi docent. At illi ipsi qui iurant se ambitum non facturos, perambitum dignitates assequuntur; idque manifestum est ex ipso facto. Nequit ergo Principes eiusmodi iuramentum exigere a subditis, quos noscitur peccatores. Potuit primum legem, & iuramentum imponere, quia periuria nota illi didicerit, subditos non observare iuramentum quod exigit, non potest licite tale iuramentum imponere.

**III.** Resp. Homo privatus non potest inducere ad iurandum, neque exigere iuramentum ab eo quem certo scire esse peccatorem, ut suo loco dicemus. Sed hinc nihil colligitur contra iuramentum ambitus. Princeps non unum, aut alteri iuramentum imponit, sed omnibus Nobilibus. Porro falsum est omnes peccare: nam plures iuramentum observant. Hoc autem falsum est ut Princeps possit iuramentum imponere omnibus Nobilibus, licet a quibusdam violeto.

**IV.** Obiectiones 2. Non aliqui dumtaxat, sed maior pars iuramentum istud infringit; quin communiter omnes illud violant, & paucissimi sunt qui illud observent; nec Principi ignota est hæc universalis transgressio. Teneatur ergo legem abrogare quæ tot periturorum causa est. Periuria enim peccata irmania sunt, quæ divinam provocant vindictam, & flagella super perituros inducunt. Cum itaque

ad Principem pertineat subditorum mala pro virili parte removere, consequitur eum obstringi ad revocandam legem quæ fons est, & origo insipientium prope modum malorum.

**V.** Hæc oppositio locum habere nequit, potissimum ubi illi ipsi qui iurant, iuramentum legem conducat. Quo enim fundamento dici potest, a maiori parte non observari iuramentum illud quod ab illis ipsis qui legem illud debent, post diuturnam experientiam renovatur, novisque legibus mutatur? Si communiter omnes fere, paucis exceptis, iuramentum ambitus violant; ane præsumendum est tam proteche conscientie omnes fere Optimates esse, ut consilii periturorum quæ ipsi perpetrant, velit renovare legem quam sciunt a semetipsis violandam fore repetitis perituri? Ubi vel leve fundamentum tante perverfitatis? An ne credibile est in tanta multitudine nullos fore reclamatos in illo solenni consensu congregatos pro legis renovatione, si liceret legem a maiori parte violari?

**VI.** Obiectiones 2. Non præsumptionis, sed experientie, & facti istandem est. At experientia constat fere omnes ambitum exercere in dignitatu ascensione. Ergo lex ambitus obsolevit. Quandoquidem universalis transgressio legis, si diuturna est, & Principi nota, consuetudinem inducit, quæ legem abrogat.

**VII.** Resp. Ut sententia nostra manifestior evadat, concedamus quod aliquoquin falsum esse præsumendum est, nempe communiter fere omnes legem ambitus violare. An ne propterea contraria consuetudo legem tollit? Minime gentium. Quoniam lex ambitus, licet humana, & positiva dici possit, prout scripta, & promulgata, & sub definitis formalis concepta a Principe fit, absolute tamen naturalis est; seu ambitus, nempe Princeps tuo decreto prohibet, iam ab ipsa lege naturali vetitus semper fuit. Siquidem ambitus iste lædit iustitiam distributivam, eo quod liberam eisdem administrationem impedit. Quare lex iuramenti declarat tantum, & quoad potest, confirmat legem naturalem, pœnalque transgressoribus insitit. Porro transgressiones leges in sua origine naturalis est, non consuetudinem, sed corruptelam gravissimam pariunt. Nulla quippe contactudo legi naturali prævalere potest, illamque abrogare, ut Theologi omnes docent. Leges mere humane, & positivæ, quæ aliquando bono communi congruæ, & necessariae sunt, & circumstantiis varia-

variatis temporum, ac personarum, non amplius consentaneæ sunt, vel non tam necessariae, contraria consuetudine auferri possunt; contra lex naturalis non temporaria, non locorum, non personarum mutationi obnoxia est, sed semper eadem firma, & invariata consistit, ideoque nulli subiacet contrarie consuetudini. Hæc omnia certissima sunt. Quamvis ergo violatio legis universalis foret, quamvis omnes legem ambitus violarent; non propterea culpa minueretur, sed augetur. Neque idcirco lex tollenda, sed illius observatio maiore conatu promovenda foret.

**VIII.** Sed quid consuetudinis larvam obrudis? An non inter condiciones necessarias pro vera consuetudine consensus Principis requiritur? Porro nonne Principes singulis annis renovare iuramenti legem solent? Volunt ergo legis observationem. Renovant, inquit, sed simul sciunt non fore observandam. Quid inde? Etiam Deus scit legem suam divinam a paucis observandam fore. An propterea non obligat? Accedit, quando Optimates una consensu legem renovant, Principes personam gerunt; dum se iuncti, & sigillatim legem violant, subditi vices sustinent. Præterquam quod nec ipsa violatio legis in Principe vim legis auferret. Subduntur sane & ipsi Principes legum obligationi directis, licet non coactivæ, cum nullam hic in terris superiorem habeant, a quæ cogantur legem servare. Tandem non est præsumendum, Optimates renovantes legem scire legem ab omnibus violandam. Peccarent tunc qui sacrosanctum ius iurandum socii loco haberent, illudque sibi ipse violandam imponerent. Sed potius verum est Optimates nosse iuramenti necessitatem ad Principatus restam procuracionem, & ad iustitiam distributivam observationem. Ceterum, dum observantia occasio adest, humanitatis imbecillitate, & ambitionis æstu impellentibus, tentationi succumbunt nonnulli, & hanc, quemadmodum alias leges, violant: & quod omnium malorum maximum est, Theologos inveniunt qui illorum periuria facis, & cavillis honestant ut licita, de quo infra.

## CAPUT V.

*Varia quaestiones instituntur, & resolvuntur super ambitus lege.*

**I.** Plures adhuc difficultates quæ in legis huius executione occurrunt, resolvuntur.

de superfluit. Quod ut melius efficiam, varias quaestiones proponam, simulque resolvam.

**II.** Quaest. I. Omnia ne quæ in lege ambitus continentur, obligent sub gravi culpa? Resp. Principes, & Respublice varias adiciere condiciones in lege ambitus legit. Aliae maioris, aliae minoris momenti sunt. Quæ levia sunt, parum bono publico conducunt: idcirco hæc quæ levia indicantur, contraria veluti consuetudine abrogari. Sed quantum gravia reputari communiter debent? Leges, & decreta consulenda sunt, quoniam assignari generalis regula nequit. Gravia reputantur secreta commercia, importunæ, seu violentæ preces, consanguineorum, amicorumque conspirationes, rationem dati, aut non dati suffragii reddere, idque iuramento sine ante, sive post collationem dignitatis firmate, & servitium instituire.

**III.** Quaest. II. An admittenda sit materia parvitas in iis quæ prohibentur a lege ambitus? Resp. Sicut in aliis legibus, ita & in hac parvitas materia reperitur, tum ob defectum plenæ deliberationis, tum ob levem transgressionem. Puta, si quis post sinceram meritorem narrationem simplicem adderet preacionem, ut suffragator ad meritum candidati respiceret, nullum peccatum committeret. Si vero ultra simplicem preacionem, quæ signum potius submissi animi est quam iniuste suasionis argumentum, preces multiplicaret; posset aut venialiter, aut mortaliter peccare. Etenim, si preces ita valide, & importunæ forent, ut, licet verum violentiam, & coactionem non inferrent suffragatori, illius tamen liberam indifferenteriam tollerent; præter procul peccatum foret mortale, dabitur crimen perituri. Si autem preces ita moderate forent, ut, licet limites legis aliquo modo transirent, non tamen secundum prudentem existimationem, liberam facultatem ferendi suffragii graviter læderent; peccatum non foret mortale, neque tunc periturum committeretur: quia materia iuramenti promissorii potissimum non consistit in aliquo puncto indivisibili; sed consideratur secundum prudentem existimationem. Hæc tamen caute accipienda sunt, maxime ob iuramentum datum de non exercendo ambitu. Nam, licet transgressio legis ambitus absolute levis, & venialis utcumque esse possit; facillime tamen mortalit evadit ob iuramentum, quo firmatur promissio observanda legis. Quare præter meritorem existimationem nihil aliud addendum est. Et, si



precatio aliqua adiungenda foret; non alia, nisi hæc, aut similes, esse deberet: Oro dominationem vestram, ut ad merita mea, seu ad labores, & dependia a me facta in favorem Reipublice respicere dignetur.

IV. Quæst. III. *An Princeps debeat, vel possit suspensum iuramentum, additum legi Antientis, si sciat illud non observari?* Resp. Huius quaestione facile est solutio, si finem ob quem lex condita, & iuramentum institutum fuit, in memoriam revocemus. Hæc porro lex eo nunc spectat ut iustitie integritatem, eisdemque iustitiam administrationem custodiat, & teneat, tamquam firmissimum Reipublice propugnaculum. Ad istius finis ascensionem, post diuturnam plurimum seculorum experientiam, Principes norunt iuramentum magno opere conducere. Quo posito, nemo non videt, Principem non teneri ad revocandum præfatum iuramentum. Non tenetur, inquam, nec titulo iustitie, nec caritatis, neque ratione politica. Immo e contrario assero, Principem potius iustitie, caritatis, & politice vinculis obstringi ad promovendam, inculcandamque & legis, & iuramenti observantiam. Siquidem, quoties legislator videt legem a se ob bonam communem latam violari; illius est in transgressores animadvertere, poenarumque severitate refractarios ad observantiam adigere. Quod tum potissimum verum habet, quando lex a Principe ea confirmat, vel relicit que ab ipsa lege naturali præcipiuntur, aut vetantur. Porro lex ambitus nisi aliud prohibet sub iuramento quam ea que prohibentur vel ipsa naturali lege. Nequit ergo Princeps suam legem licite revocare. Quandoquidem, si talem legem, aut iuramentum revocaret, iam ipse ad iustitie lisionem iniquam referret, quoniam ea auferret que ad iustitiam intamintam servandam conferunt. In hypothese enim loquimur quod Princeps legem tulisset reiplo bono communi consentaneam; & quod post maturam experientiam eandem legem cognoscat necessariam ad iustitie conservationem; & tandem quod tempore decurrit nihil noviaciderit, ratione cuius lex ipsa iniquitas, aut minus bono communi, seu iustitie iuribus custodiendis apta evaserit. Tunc Princeps nullo modo legem suam revocare licite valet. Nam consilium omnis rationes, omnia momenta, ut supponimus, que Principem impluerunt ad ferendam legem. Ergo, si omnia immota consistunt, si iustus fuit Princeps in lege ferenda, iustus quoque est in ea

convocatio, quibus fuit in eisdem institutione. Sed transgressiones, & peruria Principis meriti nunc advertantur, que in legis institutione ignorabatur: idcirco nova ratio adest legem iurata revocandi. Si ratio ista valeret, plurimæ leges naturales, & Evangelium ipsum revocandum esset. Nam plures sunt transgressores quam observatores. Multitudo transgressorum movere Principem debet, non ad violatam legem tollendam, sed ad legis observantiam validius iocundandam, & ad violatores poenarum severitate in ordinem redigendos. Posito ergo quod iurata lex ambitus revera conferat ad iustitie distribuentis iura tuenda, & ad bonum commune promovendum; non est amplius in Principis potestate eisdem legis revocatio: quia iurata lex ambitus nisi aliud est, nisi maior explicatio, & confirmatio legis naturalis, quæ ob multitudinem transgressorum nunquam abrogari iveri valet. Ad iuramentum autem legi appositum quod attinet, cum & illud iudicatum fuerit medium efficacæ ad liberam iustitie administrationem conservandam; & cum nulla nova appareat ratio vi cuius ineptum evaserit ad eisdem finem; nulla quoque occurrit ratio ob quam Principes illud revocare valeat. Si enim iustitia ipsa hoc iuramentum, tamquam ius conversationis utilissimum, & pene necessarium, præscripserit, illud si abrogaret, semetipsam conficeret: quoniam ea subinvertere sine quibus vix se consilire posse, longissima experientia cognovit.

V. Neque caritatis titulo tenetur Princeps præfatum iuramentum suspendere ob multos transgressiones: quin ob hanc causam illud potius inculcare debet. Siquidem, præter rationum momenta recentia ferendi legem iurata adversus ambitum, alterum superest in ipsa lege conceptis verbis expressum. Illud autem eo spectat, ut auferat occasionem duplicis periurii. Prava etenim consuetudo ante legem ambitus obtinebat, ut Nobiles transfugas priusquam dignitas collata fuisset, iuramentum eederent dandi suffragium candidato; & post collationem dignitatis aliud repeterent iuramentum, quo confirmabant se reple suffragium illi dedisse: que duo iuramenta sacrilega & iniqua, utpote iustitie distribuentis libertati adversa, erant. Caritatis autem est maiora mala impedire. Iurata lex abstinendi ad ambitum, Nobiles incapaces constituit iurandi se ambitum facturos. Si enim quis publice iurat se mihi pe-

tenti

tenti votum, & negaturus illud esse, nullam amplius ego fidem adhibere ei prudenter possum, etiam si postea iuraret se tale votum mihi daturum. Non iuraret ergo iuramentum impedit duo privata iuramenta, seu periuria.

Quamquam igitur lex publici iuramenti secum adferat periculum alicuius periurii; adhuc tollenda nec titulo caritatis est, quia tollit occasionem plurima perpetrandi periuria. Præter quæ quod iuramentum publica auctoritate institutum pro iustitie conservatione, & a plurimis Nobilibus quolibet trimestri innovatum, cedit in Dei honorem, iustitie incrementum, ac iurantium meritum. Contra, iuramenta privata, facta in favorem ambitus, semper sunt iniusta, sepius prava, & periuria, & nunquam in Dei honorem, vel iustitie conservationem cedunt. Cum itaque officium caritatis sit mala proximorum impedire, consequitur vinculo caritatis Principem obstringi ad promovendam publici iuramenti contra ambitum observantiam, ut periculo plurimum periuriorum subditos suos subducatur, & ad privatam pœrandum incapaces conferret. Quis enim fidem adhibebit iuramento illius qui publice iuravit se minime facturum quod postea sub iuramento se facturum adpromittit?

VI. Postremum ipsius Politice ratio impedit quominus Princeps suspendat laudatum iuramentum. Hæc enim suspensio tetram maculam univerſe Nobilitati adperseret. Siquidem eiusmodi suspensio argumento foret, Nobiles periuros esse. Cur namque suspensio dictæ legis inculcatur, nisi ut ab occasione pœrandi, immo ab ipsis periuriis Nobiles liberentur? Admissa itaque legis abrogatione, Princeps publica auctoritate declararet, Nobiles periuros esse. Quo posito, in iuram. factis, venerationis, & exultationis; in tribunalium contemptum. Iurant Nobiles se recte administraturos, subditis suis iustitiam. Si semel se prodant iuramentorum profanatores, ac publicos transgressores; quis debito obsequio suspiciet eorum iustitiam. Ex quibus omnibus colligitur, iuramentum adversus ambitum institutum summo opere ad iustitie integritatem, bonique communis conservationem conducere, & eisdem praxim optimam esse. Licet autem multi eodem abutantur, & periuria perpetrent; non tamen revocandum est. Sed que rationum momenta Principem impulerunt ad condendam legem, & iuramentum illud imponendum, eadem movere illum debent ad eiusmodi iuramenti observantiam curandam, vio-

Cont. Theol. Tom. IV.

latoreque, & refractarios coercendos. Clauſula dumtaxat que sub iuramento cadunt, temperari, si opus foret, possunt.

VII. Quæst. IV. *An, si candidatus publicum suffragiorum que sibi conferenda sperat, ante collationem dignitatis institueret resolutione subduceret, legem, & iuramentum ambitus violaret?* Resp. Si solum scrutinium conficeret calculorum quos favorabiles sibi credit, ut vel ipem suam fovet, vel a petitione recederet; nullum peccatum foret. Si vero amici, & parentes interveniant, qui simul illud scrutinium, seu computum faciunt, ut explorent quot vota desint, quoque requirant ad dignitatem comparandam; & hæc ratione dignoscant, quinam suffragatorum sibi sint adversi, quive faventes, valeantque illos sollicitare, illos placare, benevoloseque sibi reddere; tunc dubio procul lex violatur, & perurium committitur. Verbo dicam. Quando scrutinium privatum solummodo instituitur, ut candidatus sciat quid sperare, quidve desperare valeat; nullum, mea quidem sententia, peccatum committit. Si vero scrutinium instituit, ut vota augere valeat, & suffragatorum propensiones exploreare eo sine ut eorumdem benevolentiam sibi conciliaret officis, & obsequis valeat; peccat contra legem, tum contra iuramentum legi adiunctum.

VIII. Quæst. V. *An præfatum iuramentum ambitus possit aliquo modo inter iuramenta incauta collocari?* Resp. Nihil frequentius Scriptura sacra, sanctique Patres inculcant quam ut a frequenti iuratione ablineamus. Quia dicitur in Ecclesiastico xxxii. vers. II. *Vir multum iurans impletur iniquitate.* Item vers. 9. *Iurationis non affueſcat os tuum: multi enim casus in illa.* Patrum auctoritates, ubi de consuetudine iurandi sermo erit, asserunt: nec enim quaestioni huc quodant. Quare brevissime respondeamus, nullo modo tamquam incautum reputari præfatum iuramentum posse. Illa enim incauta iuramenta merito dicuntur que sine necessitate & ad res leves parvique momenti firmandas frequententer conferuntur. Porro iuramentum ambitus ad confirmandos actus summi momenti, & propter maximam utilitatem communis boni, atque cum debita gravitate deliberatione fit: nec frequenter exhibetur, sed tantum quolibet trimestri. Quare comites habet omnes prerogativas, seu conditiones iuramenti promissorii.

IX. Quæst. VI. *An, si sola poenarum impositione possit haberi finis conservanda libertatis*

C



tatis in iustitia administratione, suspendi deberet iuramentum? Resp. Quando alia via, aliusque modis posset Princeps promovere, & conlervare integritatem iustitiae, bonumque commune Principatus; dubio procul a lege imponere iuramentum abstinere deberet: quoniam iuramentum est gravis, & ultima necessitatis remedium: una fiquidem ex conditionibus quo sanctionem reddunt eiusdem usum, est necessitas, qua sublata, iuramentum inane est.

X. Quæst. VII. An reipsa nunc pateat alia via custodiendi iustitiae iura libera & integra, præter vinculum iuramenti? Resp. Cum a pluribus seculis omnium remedium pro evellendis corruptelis in die licentibus adversus iustitiam distribuentis administrationem Principes periculum fecerint; dicendum videtur, nullum aliud suppetere validum remedium præter iuramentum. Idcirco Principes legem iurandi tam frequentem, & tam severe inflaurantur ut iustitiae integritati occurrerent. Si enim alia remedia, nempe multa pecuniarum, officiorum, & dignitatum privatio, satis fuissent, a lege iurandi imponenda abstulissent Principes. Quod adeo verum est, ut illi ipsi qui inutilitatem remedium quo recentissimus, experti sunt, expeditius indicarent se se iuramentorum vinculis obstringere.

## CAPUT VI.

Alia iuramenta quo afficiunt magistratum Præfides, aliosque ministros tantum, explicamus.

I. **Q**UAM gravis sit lex ambitus, quamque stricti iuris, inde colligi potest, quod Principes non modo legem iurandi rogaverunt, verum etiam legem instituerint creandi ministros, ad istius legis executionem curandam destinatos, qui iuramento se devoti in ipso ministerii exordio, seu ingressu, procurandi præfate legis observantiam, & officio expleto, altero iuramento telerant se reipsa legis observantiam curatse. Quæ duo iuramenta, cum peculiari difficultate sint implicita, legitimum discutenda sunt.

II. Iuramentum quod ministri in ipso dignitatis ingressu exhibent curandi legis observantiam, promissorium est. Difficilius tamen observari est quam ipsum iuramentum quod afficit omnes Optimates de ambitu non exercendo. Quandoquidem hoc iuramentum quo ministri se se obstringunt ad industriam adhi-

bandam ut lex executioni demandetur, præter difficultatem illam quam personalem vocare possumus, abstinendi ab ambitu per primum iuramentum univertale vetito, gravissimam aliam secum deferret difficultatem, cogendi ministri ceteros omnes Nobiles ad legis iurata observantiam. Quæ res odii, invidiæque plena est, pluribusque obnoxia scopolis. Quare qui hæc dignitatem præfidei, & invigilandi præfate legis observantiam suscipiunt, bono animo, invictaque fortitudine instructi sint oportet. Non ipse, non timor, non respectibus hominum sint subiecti; sed solius iustitiæ, boni communis, & patriæ servandæ, amplificandæque ardore flagrare debent. Qui has prerogativas se non habere cognoscunt, ab huiusmodi dignitatibus abstinere debent, oblatæque respicere, ut periculum periculo se se subducant. Quod si vel inviti eiusmodi onera, seu officia subire adstringantur, nunc toto conatu, sedulaque vigilantiâ, omni humano officio respecta, invigilare, & pro virili parte efficere debent ut iurata lex observetur. Pauci sunt, inquis, qui hæc præfate valeant. Non abnuo. Sed quid inde? Anne propterea ab observantia iuramenti liberi sint? Non certe. Plurima namque alia præcepta difficillima sunt, paucique reperitur qui ea observent; neque idcirco de obligatione, & debito eadem exequendi dubitatio ulla occurrit.

III. Tertium iuramentum omnium difficillimum est, appellaturque *asserorium*. Testantur enim præfati ministri, dum magistratu se abdicant, se reipsa effuisse ut lex observaretur. Si iuramentum hoc exhibere renuant, nequeunt ad alias Principatus dignitates admitti. Et propterea qui propriæ conscientiæ consulere serio cupiunt, ad invicta fortitudine promovere legis observantiam debent, aut se magistratu abdicare.

## CAPUT VII.

Quædam commenta quibus eludi præfata iuramenta solent, expenduntur.

I. **Q**UASDAM obiectiones cap. iv. adversus primum iuramentum ambitus fieri solitas relatavimus. In præfatis quædam commenta quibus omnia tria iuramenta eludere non pauci conantur, resellenda suscipimus.

II. Obiectiones i. Iuramentum promissorium non obligat cum gravi periculo honoris, famæ, & bonorum iacturæ. At præfides, si Optimates adstringerent ad observandam legem

gem iurata ambitus, multa in pericula, & incommoda incidere. Dicendum ergo est, non teneri cum tanto damno implere iuramentum promissorium de curanda legis huius observantia. Resp. Quando iurans invincibiliter ignorat grave periculum iuramento annexum, non tenetur ad servandum id quod sub iuramento promisit. Neque hæc dum dicimus, abolivimus iuramentum ab observantia iuramenti; sed solum asserimus, in tali eventu iuramentum non iurasse se facturum id quod gravia damna inferre promittit. Si enim respecta hæc damna, & incommoda illi fuissent; prudenter præsumendum est illum minime iuratum fuisse. Quomodo autem similes iuratores relaxationem iuramenti petere debeant, alibi dicam. Ceterum Præfides aliquæ ministri omnes minime ignorant, sed appime cognoscunt pericula, damna, incommoda, odia, invidiamque quibus se se subiciunt, cum iurant se legis huius observantiam curatores. Nullo ergo modo pericula, & damna in qua solent incidere, cum ceteros Nobiles ad legis ambitus observantiam adigere perentant, illas ab executione dati iuramenti exculant. Nihil ergo timidus Præfidebus remanet, nisi ut exequantur monium Ecclesiastici cap. iv. *Pro iustitia agitare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia; & Deus expugnavit pro te inimicos tuos.* Item illud cap. vii. *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute serupere iniquitates: ne forte extimescas factum potentis, & ponas scandalum in agitate tua.*

III. Obiectiones 2. contra primum iuramentum non exercendi ambitus. Hoc iuramentum conditionatum est, nempe, ego iuro me ab ambitu cessaturum, dummodo alii quoque abstineant. Sensus ergo iurantis observantiam constitutionis est eiusmodi. Si hæc constitutio ab omnibus, aut a maiori parte observabitur, iuro me quoque illam observaturum. Quod vero conditio isthæc subintelligatur, ex eo constat quod si iuramentum Titii esset absolutum, etiam si ceteri ambitum in petitione dignitatum exercebant, tunc Titius iuraret se nunquam in posterum asecuturum esse aliquod officium. Quoniam omnino ambitus, dum communiter alii illum exercent, est tacita reclusio cuiusque dignitatis. Cedo, si quis iuraret se nunquam et vagina gladium educiturum, conditio sane subintelligeretur, dummodo ceteri illum non exercent aut occidendum. Idem ergo in casu nostro dicendum. Qui primi ambitu utuntur,

ut suffragia sibi comparant, trique peccant; secus illi qui aliorum exemplo coacti ambitum agunt, ut ab iniuriis magis se defendant. Quid namque arguis exoptant viri probi meritorum pleni, & de Republica optime meriti, quam ut vel ipsa ambitus specie sublata, sola spectentur merita? At, si homines indigni non student ambitus arti, ipsa servandæ iustitiæ necessitas ad ambitum viros dignos compellit.

IV. Resp. Hæc sunt philosophata quibus vel ipsi sapientes sibi suam sciunt. Conditio obiecta, que restrictio mentalis est, humanæ societatis, regimini, & cuiusque matris federi infesta, & exitialis, locum ad summum habere posset in iis legibus que nunc positive sunt, & mutationi obnoxia, quæque, Principe consentiente, contraria consuetudine abrogari queunt; ut sunt illæ que manu tactus, mutuos amplexus, motum e loco prohibent, de quibus supra dictum est. At lex ambitus, de qua in præfata sermo est, non tam est positiva, quam confirmatio iuris naturalis præteritis iustitiæ liberam administrationem. Quapropter, quæcumque subditorum transgressio admittitur, adhuc obligat, postitumum Principe eandem legem renovante: nec transgressiones etiam universales subditorum consuetudinem unquam inducunt contra legem, sed detestabilem corruptelam. Lex ambitus iustissima est, ut vidimus. Tenetur ergo subditus Principi illam roganti omnino parere, consequenter secundum mentem Principis iurare, quæcumque conditio seclusa. Tunc conditio in aliquo iuramento subintelligitur iure, & prædenter potest, quando actus iurati executione mala evaderet, & contrarius iactus foret necessarius. Idcirco, quando quis iuratur se nunquam educiturum gladium, subintelligitur necessario conditio, nempe quod inimicus gladium non exeret ad illum occidendum: quia defensio vitæ est necessaria, & omnino defensionis quantum non adhibendi gladium sine præfata conditione inclunderet actum amittendi vitam, qui actus iuramenti capax non est: & ideo conditio eidem iuramento semper est coniuncta. E contrario omnino ambitus vetiti a laudata constitutione positæ bona est, & congrua iuramenti materies. Nullam ergo conditionem addeere iurans potest tali iuramento. Viri probi, de Republica optime meriti, labores exantillatos, dispendia facta in bonum commune, omnia sua merita exponere possunt, sique licitis viis alle-







tant absolutos: quia post praestitum insurandum, quasi aliquid oblitus, facta nescio quae necessitate reverfi fuerant, quam quodam iurandi artificio, praeter mentem eorum quibus iuraverant, excepisse videbantur. (1) Omnibus enim notis, iugidim-nique confectos esse tradunt, ut quoniam eorum mortem sibi exemplo conciverint; ceteri non solum, omni deinde vita, sed luce prope, ac publico caruerint.

(2) Ita non attenderunt, inquit Augustinus, (3) qui enim Senatus populi-que, quod ipse iurando cogitasset, sed quid ab illo in quibus iuraverat, expectarent. Haec legimus, haec miramur, haec infidelium sententia, & facta laudibus in caelum tollimus: & nos Christiani disputandum putamus, utrum periuri sint qui non hostibus, sed Reipublicae, & Regi suo, nullo mortis iustae, vel iniustae, nullo carceris ardens metu, sed solo ambitionis aestu simulante, ultro se ad magistratum, & officia, & inde ad iusurandum subeundum offerunt, scientiaque facti sui, & conscientia reclamante peccant, nihil eorum se fecisse, vel facturos esse quae iurandi formula exprimitur. Et, quod magis intolerabile existimatur. Et, quod nefas quasi licitum, viri boni, nescio qua Theologiae quasi limitioris fiducia, annuendum esse decernunt. Quid enim est hoc aliud quam artem fallendi Principem, & Reipublicam, adeoque peccandi, tradere; si verum est quod verissimum esse in casu longe mitiori docuit Augustinus, (4) perituros esse qui, servatis verbis, expectationem eorum quibus iuratum est, deceperunt? Quae tempore Augustini monstra sententiarum prodissent, quanta vocis contentione, & animi semitu iterum iuxta doctrinae suae iam traditae regulam exclamasset: Et sunt in eis docti, qui etiam regulas figunt, sineque constitutum, quando debeat, nisi non debeat peccari? O ubi estis fontes lacrymarum? Et quid faciemus, quo ibidem, ubi nos consultantibus ad ita veritatis, si non solum negligimus cavere mendacia, sed audemus insuper docere perituros? (5)

Ab huius habe criminis aliqui se immunes putant, quod non aliter censent intelligendum hoc insurandum, vel aliter a

Principe intelligi, quam ne corrumpantur donis, promissive collatorum, ut in personam indignam iusfragium suum conferant. Argumento esse, quod Princeps sciatissimam donandi, petendique consuetudinem, nec in statuti (ut sonat) transgressores animadvertat. Ita vindex criminum in eorum patrocinium accessit; sed toto caelo fallitur. Primo quia ex convenientia Principum, sceleram licentiam colligere fallacissimum est argumenti genus. Nam in criminibus vindicandis multa possunt Principes quae non expediunt; multa expediunt quae non possunt; multa possunt, & expediunt, sed opportunius differunt; multa, quia publice probationis luce delicta, quamvis severissime punienda, relinquunt Deo, qui solus occulorum tellis, & index est. Deinde, quod putant Principem, & Reipublicam intelligere cum ista restrictione iuramentum, sine dubio falsum est. Primo quia non potest cadere in proterum iuramenti partem, qua quicquid iurat se non ambivisse muneriis magistratum: Illius enim sensus absolutus est, quod munera nulla dederit, quibus suffragia compararet, seposita omni dignitate, indignitateque consideratione. Quid enim magis fingi posset fatuum quam iusurandum ab aliquo de sua dignitate, seu capacitate postulare, ut videlicet iuret, nullis muneriis quibus eligentes corripuit, se ambivisse ut se indignum eligeret? Igitur neque restrictio illa in posteriorem partem cadere potest, qua idem iurant se munera non accepturos. Dilerte enim additur, quod si militet, sive eodem sensu quo iurant se non dedisse, iurent se non accepturos esse munera. Deinde, quemadmodum officia conferre indignis propter munera, gravis noxa Reipublicae est, ita & muneriis conferenda ad officia minus dignis conferenda, praeteritis dignioribus, Reipublicae vehementer noxium est. Utrumque ergo incommodum amoliri voluerunt qui in bonum Reipublicae illas iusurandi formulas praeteribant. Denique quia iuramenti oblitum, sensus, & veritas esse verborum quibus expresse est, significatione pendet, non ex conceptibus quos sibi pro arbitrio iurantes formant. Ex mentali autem restri-

» tri-

ctione verborum significatione suspendere, est omnem vocalem litterarum signorum vim, ac certitudinem, adeoque omnem humanae societatis fidem, quae circa illam subsistere nequit, uno letali ictu interimere.

Cum ergo in praescriptis iusurandi formulis nullum sit quod dignitatis, vel iudicialis significationem praefertat, non est illa iuramenti interpretatio, sed adulteratio, dignitatis ergo eorum qui concurrunt, iustitiam conscientiae cuiusque iuxta naturae legem relicta fuit, non autem iuramento obligata; propterea quod plerumque illius comparatio incertior sit quam ut deprehendi possit. At vero, quia munus oblatum collatorum iudicia excusare, & affectum potentissime ad se trahere solet, illaque sinceritatis pestes facile notari possunt; in eas cautio iuramenti palam directae fuit, ut universim excluderentur. Ad extremum Rex ipse sensum iuramentorum talium nuper perspicue expoluit. Nam in edicto anni 1666. quo sacramentum omnibus officiorum candidatis imponitur, dilectissimi verbis declaravit se non permittere, ut collatores officiorum ex eis involumentum suum ceperent, non magis venditione, aut locatione, quam alia quacumque ratione: neque ut quisquam accipiat, aut largiatur quicquam respective in recognitionem, aut gratitudinem directe, aut indirecte quocumque modo. An dignis vendere, aut elocare, a dignis pretium emungere, caveas cerevitiis exulgere, non est suum captare involumentum? Hinc ulterius in eodem edicto, cum cuncta officia quae tali modo extorta fossataque fuerint, ipso iure vacare, & impetrari posse decernuntur. An dignorum officia non sunt officia? Hinc praeterea quocumque pretii alicuius accepti, aut dati culpa detinentur, ab officis deticiendos, & ad hoc ipsum, vel aliud administrandum tota via inhabiles esse, sancitur. Quae profecto manifestissime clamant, omnes omnino quorumlibet corruptelas, sive digni, sive indigni videantur candidati, regia sanctione esse suppressas. Et sane remedium quod fordibus illis coercendis iam olim publica auctoritate oppositum fuit, hoc sensu intellectum, nullus fuerit, esseve poterit iustitiae iuramento enim satisfecerit, si demque purgaverit suam, qui quis dixerit

se dignum putavisse, qui revera indignus fuerit; adeoque iusurandi violati non nisi a se ipso damnari poterit. Neque minus contra scopum huiusce regiae sanctionis tendit quod a dignis quam quod ab indignis accipiuntur munera. Toto enim edicto illud in primis ipestat Princeps, quem admodum late in ipsa praefatione, aliisque locis declaravit, ne populus exactio-nibus alicuius illicitis emungenda pecuniae modis, a magistratibus, Praefectisque suis opprimatur: dum pretium quod in venandis nos honores, & officia plena manu sulam fuit, paulatim iterum cum fenore colligitur. Quod profecto malum Reipublicae ab omnibus illis ambitiosis iusfragiorum corruptelibus imminet. Nec vero unquam humilimos leges, & iuramenta intellecta fuerunt in Rebuspublicis, quae fordes ambientium severe coercendo, oppressiones iustitiae, & populi, aliaque mala a cervicibus suis arceve voluerunt. Tota est Romana, in qua semper ambitus, hoc est criminis adestati perperam honoris, fuerunt rei, quotquot in se populi suffragia pretio pertraxerunt, sive de cetero digni, sive indigni haberentur. Qua de causa crimen istud etiam in maximis illius Reipublicae viris tum accusatum, tum magna severitate vindicatum est. Nam, ut Salustius, (1) vir bonus ad honores, & imperia veracis, hoc est, ut eum exponit Augustinus, (2) virtute, utitur; malis dolis, atque fallacis consendi: inter quas profecto munusrum corruptela non infimum locum tenent. Itaque, postquam suffragiorum invaluisse corruptela pro adulteratos populi mores, & Cato legem a Senatu ferendam curasset, quo magistratus designati, si neminem accusatum haberent, iuratio iudicio de esse cogentur, atque iurationem parvi magistratus reddere, (3) etiam periuri habiti sunt non solum iusfragiores qui pretio in candidatos traditi probarentur, sed etiam candidati, si cuius facta sacramento eius difsona probata fuissent. Quam propterea legem ita timere candidati, ut periculosissimum tumultus adversus Catonem concitatus fuerit. Nimium quia nondum didicerunt a Christianis Ethnici dexteritatem deponendi istus metus, subtilis, inquam, illam Theologiae,

» qua

(1) Polib. & Aug. unum fuisse volent ex decem. Livius vero, & Atilius Graecus plures: de quo & Tullius in fin. III. offic. (2) Vide Livium Lib. XXXII. in fin. Tullium in fin. III. offic. (3) Epi. cccxxv. (4) Ibidem. (5) Lib. cont. mend. cap. xviii.

(1) In conit. Catil. (2) Lib. V. de Civit. Dei cap. xii. (3) Plut. in Catoe minore.



qua legitimam Reipublice functionem de non comparandis, aut pretio vendendis suffragiis, quam iusta Reipublice mentem violant, sine periculo non violasse iurant. Periri igitur fuerunt Ethnicon iudicio, qui magistratus, aut officia pretio ambientes, seu pretium non dedisse perierant. Periri fuerunt etiam Imperatorum iudicio, Theodosii, & Valentianii, qui, cum iussissent magistratus iuratos inter gesta deprimere, se pro administrationibus scribendis neque dedisse quidquam, neque daturus unquam passivum fore, sive per se, sive per interpositam personam in fraudem legis, sacramentisque, qua formula hodie in iuramento, de quo tractamus, est simillima: adversus transgressores, tamquam publico crimine neglecti sacramenti periculo, ad id iurati fuerint prohibita robor, addit: Si quis iuratus fuerit prohibita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus dantem, acensumque censuris, sanguinem crimen publicum, concedimus facultatem. Quod si quis a Romanis Imperatoribus, & Ethnicis Senatoribus, & praeiis Romani Curiae Consociis, tamquam Theologie imperitiae, ad subsellia Theologorum christianorum provocandam patet; profectio causa, de qua satagimus, finita est. Periri enim fuerunt etiam Principes Theologorum Augustini iudicio, qui de tali suffragiorum suorum multiplicatore populo, sine fluctuatione decernit. Quid aliud toties Senatus corrupti in iudicis, toties populus in suffragiis, non in quibuslibet cumque causis, que ad eum concilio ab agerantur, nisi etiam peccando peccabant? Nam corruptissimis verbis ad hoc nos iurandi servabat antiquus, non ut a fidelibus metu religionis prohiberentur, sed ut poenitentia quoque sceleribus ceteris adderentur.

## CAPUT IX.

Explicatur iuramentum quod Rectores civitatum Belgii praesant, observandi legem tantam pompas, splendidosque apparatus.

**I**nter plurimas leges quae politicum moderantur regimen, non infimum locum tenent illae quae divitum pompis modum, limitelque praescribunt. Huiusmodi pomorum legem una est quae solos afficit Praedites qui ad civitates subditas regendas destinati solent. Lex illa prima fronte minime gravis apparet; sed infra economice familiarum inspectionis consilia consistere videntur. Verum, si

quis tam penitus spectaverit, communi Principatus bono, administrandi iustitiae integritati, ac subditorum tranquillitati apprime necessariam eosposcet. Quandoquidem, si Nobiles, qui divitis affluunt, pro libito possent apparatus splendidissimos intrinere, & pompis curam, eorumque famulorum, vestiumque indulgere, convivia opipare parare, palatia ornare, nullo serato termino; hinc consequeretur, solos divites legiferos fore ad eiusmodi regimina unde innumera proficerentur damna. Nam non omnes divites scientia, prudentia, fortitudine polent administrandi iustitiam, continendi in officio fideles, bonumque commune promovendi. Pauperes, & mediocri fortunae Nobiles, licet ingenio, & prerogativis omnibus instructi, has dignitates exercere nunquam possent, eo quod divitis careant, quibus tot impendia satisfaciunt. Preterea quod immoderate Rectorem pompe subditis civibus exemplo sunt, & incitamento ad patrimonii prodigalia, & proprietate familias desolandas. Nil enim impensius aestant homines quam ceterorum luxum, fastumque arulari, & si possint, sperare. Ne multa. Pompe, & apparatus nimis splendidi, potissimum in Rectores civitatum, infinitorum propemodum malorum causa sunt. Siquidem hinc sequitur quod civitates, quae duobus Rectores, qui amplius territorii subditorum causas audirent, & dirimerent, qui invigilarent commercii, negotiationibus, mercatura, aliique non levioris momenti rebus, opus haberent, non donentur, ut solus habeat honoraria, stipendia quae pro duobus statuta sunt. Hinc litigantium causas in foro marcescant, hinc subditorum querelae, turbationes, & murmura. Quibus malis ut occurrere. Belgii Principatus, providentissima variis temporibus adversus immoderatas maxime subditarum civitatum Rectorum pompas saluberrima edidit decreta.

## CAPUT X.

Excusationes quibus eludi lex solet, & iuramentum contra pompas immoderatas, reselluntur.

**I**ametsi lex praefata facillima sit observari, & non minus divitibus, quam non divitibus commoda: nam illorum opulenta nota est, nec indiget a variis pompis emendicate splendorem; illorum vero impia praefata legis remedio occultatur: eam nullo

hilominus innumeris commentis eludere tentant. Potissima exculatio quae obici solet, est quod nunquam eisdem obtinuit observantia. Nemo, inquam, aut saltem paucissimi, executioni demandant legem quam pragmatice in Romano Principatu vocant. Praeterea in lege contra pompas plura continentur. Ad iuramenti autem veritatem satis est ut aliqua observentur, ceteris neglectis. Decretum enim communiter Theologi, iurantes plura statuta communitatis non teneri observare omnia, sed ea tantum quae usi videntur. Similiter, quando unicum statutum plura imponit poena, non omnia solvenda sunt; sed, ut iuramentum verum, licitumque sit, sufficit quod quaedam reddantur. Haec sunt philosophata, quibus iurantes observantiam citati decreti se ab illius executione liberare contendunt.

**I**I. Resp. Ad primam exculcationis consultatione auspicemur, saluum in primis est atque fallissimum, decretum istud nunquam fuisse executioni mandatum; sed solum temporis decursu, ob hominum imbecillitatem, quemadmodum aliae leges, non modo humanae, & positive, sed divinae, & contenti solent; sic & huic accidit decreto. Verum quid inde? An ne propterea desinit obligare? Si sola praevicatorum malitia factis esset ad legis abrogationem, actum de omnibus legibus esset. Nec ipse positive leges sola inobservantia obsolebant; sed requiritur inluper legislatoris consensio, quae nunquam prudenter praesumi potest, quando idem omnino late legis finis perleverat. Quid, si legislator manifeste resisteret? Quid, si legem ipsam data occasione renovaret, poenitentia reverentia muniret? Haec omnia in nostro casu concurrunt. Decretum adversus pompas latum fuit in vetustiora tempora praetermittamus) anno 1713, & anno 1722, iuliatum, novique declarationibus roboratum. Ubi ergo consensus Principis, ad introductionem consuetudinis abrogantis legem necessaria? Itaque etiam admissio quod communiter Rectores civitatum hoc decretum transgredierentur, non ob id culpa minuitur, sed augetur. Neque communis transgressio legem abrogat, Principe legitime repugnantem. Repugnat autem Princeps, aut dum expresse legis observantiam inculcat, renovatque; aut dum legem quae perleverat, esse bono communi necessaria, non retractat. Quoties siquidem consilium legis, voluntas quoque Principis, a tali fine ad legem condendam mota, consistat oportet.

**III.** Docent utique Casuista, illos qui iurant statuta communitatis, ea tantum quae videntur, terrare debere; secus quae in delictum abiere. Sed, ut sequenti dissertatione fiet palam, satis ieiune, ne dicam ineptae, haec verfant communiter difficultatem: tum quia delictum ad corruptela, & abusu non diltingunt: tum quia nimis laxae plures eorum sacramenti leges interpretantur. Porro, ut ad rem nostram accedamus, nunc feram non est de pluribus, sed de unico iuramento, cuius observantiam Rectores iurant, atque civitatum procreationem suscipiant. Utique hoc unicum statutum plura servanda praecipit. Ulro concedimus plura pauca esse quae levia sunt, levemque proinde imponant obligationem. At de his nulla est difficultas: quia haec levia, cum grave onus non imponant, non sunt observata difficilia; neque haec dumtaxat communiter Rectores negligunt. Potissima illius statuti sunt: quod curam, celatura, aliique fucis, & pigmentis, quae splendidam praesentem ostentationem, careant: quod famulorum, eorumque numerus, & eorum insignia sint ad praescriptum legis: quod in suis palatiis choreas, ludos, scenas, convivia, & cetera id genus, in statuto recensita, peragi non curent, aut permittant. Porro, si huiusmodi, & similia quae videntur, potissima materies praefata legis, civitatum Rectores violant, dubio procul peccant mortaliter, reique perituri sunt.

**IV.** Obicies 2. Ad veritatem iuramenti satis est, aliqua quae in dicto statuto continentur, Rectores servare. Sicut enim qui iurant plura communitatis statuta, necesse haud est ad iuramenti veritatem ut omnia observent; sed satis est ut ea exequantur quae sunt in usu: ita qui iurant observantiam statuti plura iubentis, a perituri labe immunentur, si aliqua eisdem statuti observent. Et haec videtur communis doctrina Theologorum.

**V.** Resp. His commentis praefati iuramenti vim elevare contendunt non pauci. Ut nullo negotio eadem explodamus, praemittendum est, quod, quando quis iurat unicum statutum, debet reipia illud observare, ut perjurium vitet. Quia hoc unicum statutum totum constituit iuramenti materiam; quae si desisset, vanum, salumque evaderet iuramentum. Rectores civitatum iurant unicum decretum. Hoc unicum decretum est tota iuramenti materia. Observandum est ergo, ut iuramentum verum sit. At inquam: Hoc unicum decretum plura praecipit. Ad veritatem



tem iuramenti non omnium, sed aliquorum tantum requiritur observantia.

VI. Concedere & iste volo, veritatem iuramenti secundum legislatoris mentem consistere posse, quamquam non omnia que de cretum præcipit, examissum observentur. Nec enim legislator subditorum conscientias ita obtinere intendit, ut illa omnia que præcipit, ut si quidpiam levioris momenti omittant, confessum perituri rei evadant. Abiit tam severa, quin & falsa interpretatio. Verum omnes quoque mihi concedere debent, ad veritatem iuramenti requiri quod ea saltem Rectores observent que sunt præfati statuti possima materia, & illa que primario legislator spectat. An quicumque hoc inficiabitur? Si enim præcipua legis iustitia omitti licite possent, nunquid grave flagitium foret quod levia iura violaret? Cum ergo respondent, ad veritatem iuramenti satis esse ut aliqua tantum serventur; quæro, quænam esse debeant hæc aliqua que ab unica lege imperantur. Nunquid forsitan ea que levioris iuris momenti, queque sint legis parum, aut nihil possant, vel officunt? Quid tam ridiculum, quam si dicatur, in levioribus iustis legem consistere? Si contra dicant, observanda esse ea que primario a lege præcipiuntur, nobiscum sentiunt. Quandoquidem, si civitatum Rectores ea exequantur que potissimum iurata ab ipsis lex iubet; ipsos tamen legis observatores, quamquam minuta quædam omittant, colimus. Porro editum primario, & quasi unico, prohibet ea que supra n. 2. recensimus, videlicet curras auro, argenteoque, calaturis, picturisque fulgidis, equos, famuloque splendidioribus ornatos insignibus, & præter numerum præscriptum, palatiorum nimia, & exquilita ornamenta. Paucis, ex potissimum lex prohibet que publicam ostentationem, saltum, pompas, & magnificos apparatus præferunt, que æmulationem excitant, patrimonium prodigunt, aliique inferioris fortune Nobilibus impedimento sunt ne talia regimina tot impediendis obnoxia administrare valeant. Hanc esse materiam potissimum præfate legis, præcipuumque legislatoris finem, nemo inficias iverit. Hæc itaque si omittantur, lex infringitur, & iuramentum violatur. Si reponis, in defectu tamen hæc abesse: ergo in defectu tamen quoque lex abesse: cessante enim primaria materia, & præcipuo legis fine absolute, & in communi, cessat lex. Si lex cessavit, ergo deficit materia iuramenti, quoniam lex

unica est. Ergo peccant iurantes servare legem unitam, que non extat, que non viget. Quid reponis? Si lex viget, & obligat, perituri sunt qui eam non observant. Si lex perit consuetudine contraria prevalent, qui eam iurant, profanatores sunt: sacramentum, cum iuramentum præsentem de materia non extante. Quid, quæro, tam inane quam iurare unitam legem, que non est? Sed dicamus id quod est, nempe legem vigere, quia perlevarit voluntas legislatoris, qui iuramentum servande legis, data occasione, a Rectores omisit. Illius iuramenti observantia non a minutis quibusdam iustis, sed ab executione principalium mandatorum, que primario legislator intendit, pendet. Quamquam si præcipua observabunt, levia non negligunt.

VII. Obiicit 3. Lex publice violatur, sciente & vidente legislatore: nec quicumque admittit peccatum subit ob istius legis violationem. Ergo dicendum videtur, ex Principis consensu legem amplius non obligare.

VIII. Resp. Ex his que dicta sunt, sospissima evanescit, voluntas legislatoris legis renovatione, & ex petitione iuramenti servande legis colligitur; levis vero ex punitione transgressorum. Quid, si quis argueret, Evangelium Christi in defectu tamen abesse, quia homines, sciente & vidente Deo, illud conculcant? Principes sæpius Dei providentiam imitantur in criminibus vindicandis. Eo vel maxime quia multa possunt Principes que non expediunt, & multa expediunt, que non possunt, & multa possunt, & expediunt, que Deo castiganda remittunt. Denique multa sciunt que tamen iudicis probationibus delicta sunt. Quid, si legislator minus diligens foret, & suo desset officio in castigandis criminibus? An ne propterea immones a culpa legum violatores?

#### CAPUT XI.

*Universæ dissertationis complexio. Cassia cur facile iuramenta descripta violentur. Confessoriarum, & Theologorum nimia in iuramentis interpretandis nimicitas. Ethnicorum imitanda severitas.*

I. Nus ex cardinalibus quibus vertitur Republica quoque, est sincera fides in pactis, in commercis, in fœderibus sive cum exteris, sive cum subditis. Porro nullum archus vinculum est ad hæc fovendam, confirmandamque fidem, & mutam societatem, quam sacramentum a religione

arcessitum. Hoc de Romana Republica testatur Tullius Lib. III. Offic. cap. ix. *Nullum, inquit, vinculum ad infringendam fidem, iuraverunt maiores actus esse voluerunt. Id indicant leges in duodecim Tabulis, indicant sacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devinctur fides: indicant notationes, a romanis conscriptione Confessorum, qui nulla de re diligentius quam de iuraverando indicabant.* Similes leges, que administrationem iustitiæ sive committant, sive distribuant, que subditorum felicitatem spectant, quælibet bene instituta Republica habet: omnesque, ut sanctius observentur, sacro iuraverando munite sunt. Cum primum eiusmodi iuramenta instituta fuerint, sancte observantur; summaque semper fuit Republicæ cuiusque vigilantia in iuramentorum inviolata observantia curanda. Quandoquidem, si hæc laxatur, infringitur unus ex præcipuis Principatum cardinalibus. Fax licet esse, quemquam pro ingenio interpretari posse iuramenta ambitus, pomparumque ad proprium commodum. Admissa sermè Theologia tali, que vim obligandi iuramentis adimat vel ob universalem inobservantiam, vel ob novam opinandi licentiam, humilium cavillationibus positis, que fides in posterum iuramentis adhibenda? Si mentis restrictionibus, si amphiboliarum fallaciis, aliique novis inventis licet iuramenta præfata propriis rationibus aptare; cur non & alia, que summi momenti secreta custodiunt, que fœdera stringunt? Quare, si Princeps semper agnovit iuramentum cui unum ex fundamentis optimæ administrationis; consequitur illius esse, sanctam iuramentis observantiam exacta severitate curare. Alioquin, si permitteret ipse laxam interpretandam iuramentis facilitatem, iam ipse sui regimini laxaret habens, leque iuramentorum sacro subditio sponte privaret. Quid enim valent iuramenta que quisque intelledere ad suum commodum potest?

II. Undenam tanta in interpretandis, flectendisque ad proprias rationes iuramentis facilitas? Non sane aliunde quam ab humana acta, quam ab inconstantia, & volubilitate infirmæ voluntatis est. Hæc prima, & potissima radix. Ceterum nova quorundam recentium Casularum ratio theologizandi, inveniunt restrictionum mentalium, & nimia quorundam Confessoriarum indulgentia, latissimam aperuerunt viam iuramentis eludendis, violandisque. Certè, antequam doctrina restrictionum mentalium prodiret in publicum, sanctior erat iurisurandi discipli-

na. Et revera, si, fallacis amphiboliarum, & restrictionum mentalium lenocinis amandatis, omnes Confessarii pro iuramenti sanctitate lærent, si omnes ipsium læperent; aut exactiores essent homines in præfanda iurata fide, aut ab imponendis sibi iurandi legibus abstineret. Quandoquidem qui iurant non exerceat ambitum in dignitatum petitione, non indulgere veteris pompis in civitatum regimine, sunt illi ipsi, ut alias animadvertimus, qui legem iurandi condunt, renovantque, dum pro tribunali sedent, dam rationes, & bonum commune Principatus, dum iustitiæ administrandæ libertatem spectant: & tum necessitate legum, & iuramentorum evidenter agnoscunt. Idcirco non modo leges, & iuramenta non abrogant; sed potius novis declarationibus, penarumque additionibus roborant, & confirmant. At, dum quis deinceps leges, & iuramenta exequi debet, non amplius commune, sed proprium bonum considerat: & cum expectari leges, & iuramenta ius peculiaris bono, inique privatis rationibus incommoda, & infesta; omnes ingenii vires exerit, ut sopsinat, & fallacia commenta excogitet, quibus iuramenta ad suos conformet mores, & cupiditates. Quid, si ille tanti non est Theologus, & Confessarius tunc adit; difficultatis illis observandi leges, & iuramenta obicit, & exaggerat. Illi ingenia torquent, levius evolvunt, versantque iuramentum mentalium, & amphiboliarum laxas opiniones, atque in eisdem facile regulas explicantur, quibus tandem faciatis satis se contentibus. Ipse quidem Confessarius sæpe exaggerantes difficultatem servandi præfata iuramenta, & conscientiam iurantium furendi. Quibus ego reponam: Si lex difficilis est, illi viderint qui eam retractare valent, & tamen nolunt. Interim nostram est, quamdiu lex viget, illius observantiam promovere, non vanis interpretamentis eludere. Si illi, cum Principatus præfatum mactentem, leges iuratas voluit; eisdem exequantur, cum subditorum sustinent omnia. Quod si eisdem Theologi, aut Confessarii exolvunt, duplex crimen perpetrant.

III. Hæc tamen sagax interpretandi leges, & iuramenta scientia non probris non est, sed verustas; ab originali culpa relicta, indivisa comes semper fuit. Hanc deplorat Augustinus amarissimis lacrymis Lib. cont. mend. cap. xviii. *Et sunt in eis docti qui etiam regulas figunt, finesque constituunt, quando debeat, quando non debeat petari.*



O ubi effis fontes lacrymarum? Et quid faciemus, quo thibis, ubi nos occulabimus obita veritate; si non solum negligimus cavere mendacia, sed audemus insuper docere pernicia.

IV. Verum, Patrum, & Theologorum christiane professionis illis sententiis, lubet in calce huius dissertationis quaedam Ethnicorum effata, & exempla iudicare, quae nos Christianos robore maximo perferre debent. Primum exemplum suppeditat Livius Dec. I. Lib. III. cap. VIII. ubi narrat iuramentum inchoatum, seu renovatum a Quinto Cincinnato Consule, quo plebs fidem dederat, & firmaverat iussu Consulis eundi ad castra. *Caesari* (inquit Livius) *tum Tribuni, & populum exsolvere religionis velle: priusquam eo tempore Quintum fuisse, cum sacramento ad illi sint. Sed novum hoc, quae vixit tenet saculum, negligentia deum venerat: nec, interpresando, sibi quisque iurandum, & leges aptas faciebatur, sed suos potius mores ad accommodabat. Tribuni dumtaxat veluti iagatores, ac sapientiores cavillabantur, plebem non obstringi iurandi vinculo, quia, quando iuraverat, Quintus non Consul, sed privatus homo erat. Sed, inquit Livius, non dum tanta deorum contemptio obtinuerat, ut quisque pro arbitrio interpretari iuramenta, sibi leges aptare auderet; sed proprios mores ad leges & iura iuranda conformabant omnes. Num unius veri Dei neglectus Christianorum animos, mentisque subitum in iuramentorum interpretationibus, alii indicent.*

V. Aliud exemplum refert idem Livius Dec. III. Lib. II. cap. XXXI. ubi narrat vestitum unius captivi militis, qui, Romam, proficiscendi licentia obtenta, cum pro pigrore redendi ad castra, non aliud nisi iuramentum Annibali dedisset, censuit iuramento se exolutum, si post discessum statim ad castra, quasi aliquid sibi oblitus, recuperaturus rediret, & statim vestigia Romam relegeret, sicut reipia peregit. *Cum egressi castris essent* (inquit Livius) *unus ex his minime Romani ingenti homo, velut aliquid oblitus, iurandi solvendi causa, eum in castra redisset, ante noctem comites assequitur. Tantam veritatem Romano homine indignam reperavit Livius, atque supplicium refert quo Senatus callidum punivit hominem. Unus ex his* (inquit cap. XXXV.) *domum abiit, quod fallaci reditus in castra, iuraturum se exsolvisset. Quod ubi*

innotuit, relatumque ad Senatum est, omnes censuerunt comprehendendum, & custodiis publice datis deducendum ad Annibalem esse.

VI. Hoc idem factum narrat Tullius Lib. III. offic. cap. IX. Sed ut laudandus Regulus in conservando iuraturando: sic decem illi post Camensem pugnam iuratos ad Senatum misit Annibal, in castra redituros ea quoriam potius erant Patri, nisi de rediendis captivis impetravissent, si non redierint, vincerent. De quibus non omnes uno modo Nam Polybion, bonus Auctor in primis, scribit, ex decem Nobilissimis qui tum erant missi, novum revertisse, a Senatu re non impetrata: novem decem, qui paulo postquam egressi erant castris, rediisset, quasi aliquid esset oblitus, Roma remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse iuraturando interpretabatur: non recte: Fruus enim disstringit, non dissolvit perivium. Fuit igitur ista calliditas perverte imitata prudentiam. Itaque decrevit Senatus ut ille veterator, & callidus vinculis ad Annibalem duceretur. Et alio loco eiusdem Libri: *Nullum vinculum ad stringendam fidem maiores nostri iuraturando veritus exolverunt. Graves luere poenas fallaces, & versutos iuratores, vel ipse Herodotus asserit.*

*Clades mortalibus unde*

*Advenit, quos fallaci peccatore iurant.*

VII. Haec omnia referre conquire duxi, ut Ethnicorum sinceritas, & constantia in praestanda iurata fide, eorumque in veritatis commentis detellendis ingenuitas, ponere illos perferant qui evangelica luce donati, sacra iuranda vanis restrictionibus, amphibolis, ineptique interpretationibus eludunt, non sine infidelium scandalo. Livius indignum Romano nomine iudicavit militem qui facti equivocatione iuramentum interpretatus fuit. An ne christiano nomine digni eorum illi Christiani qui, non ut vitam ab aeterni illi Christiani qui, non ut vitam ab aeterni morte, quemadmodum miles praefatus, fervent, sed ut pompis vanis indulgeant, ut aliquem assequantur dignitatis gradum, iuramento sacro Evangeliorum contactu, publico ritu Deo & Principi facta, arbitrariis significantibus commentantur, atque in sensu propriis appetitionibus faventes detorquent, Principis mentem deludunt, divinae maiestati terrerim inferunt iniuriam? Et haec dicta fulticant pro explicatione controversiae a ceteris praetermissa.

## DISSERTATIO VI.

DE QUIBUSDAM IURAMENTIS PROMISSORIIS, FORUMQUE OBLIGATIONE.

DE iuramento promissorio generatim accepto, eiusque absoluta, gravique obligatione egimus dissertatione secunda. In praesentia peculiariter istius generis iuramenta, de quibus non leves difficultates enucleandae occurrunt, sub examen inducimus.

## CAPUT I.

DE iuramento servandi statuta Reipublicae, Capituli, Commentariis, Collegii, & cuiusque sodalitati.

DE iuramentis peculiaribus Principatus superiore dissertatione satis superque egimus. Nunc de quibusdam iuramentis promissoriis quae non modo a Principatu, & Republica, sed a quaque fere Communitate, Universitate, & Collegio fieri solent, sermo nobis erit. Id vero pariter prestabimus, ut meliori in lumine veritas, quoad fieri in re factis impedita poterit, collocetur.

II. Quae I. An, ut Capitula, Monasteria, Communitates se iuramento obstringant, debeant singuli, & omnes eiusdem Communitatis iurare? Resp. Primo certum est Capitula, communitates, & quaeque sodalitati potestatem habere se iuramento obstringendi ad aliquid peragendum: quod duobus modis fieri valet. Primo, inquit Suarez Lib. II. cap. XXXI. n. 8. cum iuramentum fit ad obligandum singulos divisim agentes; ut quando iurant observare tale festum, aut quiddam eiusmodi. Secundo, cum iurant aliquid collegialiter praestandum; quod iuramentum spectat non singulorum, sed totius Capituli, seu Communitatis operationes: ut cum statuunt non revocare talem legem, non admittere quenquam in propriam societatem, & id genus similia. Certum quoque penes omnes est, necesse haud esse ut singuli, & omnes, sed satis esse ut maior pars Communitatis iuret; nisi esset speciale statutum, maiorem numerum, puta datum partium prescribens. Ratio est, quia quod fit a maiori parte, a tota Communitate fieri communiter censetur, ad vim obligandi quod attinet. Ceterum, si suffragatores dissident, si renunt plures legi assentiri; dici vere non potest, quod unanimo consensu factum sit; quia, praecedente revera tali dissidio, solum verum est maiorem dumtaxat partem legem rogasse;

quae maior pars, quantum ad vim obligandi, pro toto reputatur Communitate.

III. Quae II. An, factio iuramento a maiori parte, cogendi sint qui repugnaverunt, ad inveniendum, & ad legis observantiam? Resp. Adfirmant communiter omnes, & quando suffragatores nequeunt offendere evidentem iniustitiam rogatae legis. Si enim qui repugnant, legem a Communitate latam appellent ad superius tribunal; pendente causa, nec lege, nec iuramento teneantur, sed causa detecta ad legem devincuntur, & ad iuramentum edendum. Utique verum est vi iuramenti eos non teneri, quousque non iuraverint, ad legis observantiam; sed tenentur vi obedientiae, pacti, & legis, seu iustitiae. Quaelibet enim pars tenetur se ad totum conformare. Quare post latam a maiori parte Capituli legem, & acceptatam, omnes & singuli ad illam servandam adstringuntur. Alioquin nullum firmum ac stabile fedus cum Cone mutatur. Quapropter cessat iuramenti a Communitate facti obligatio; nisi omnes pertinentes ad Communitatem vinculo legis factae confingerentur. Quod potiori iure locum habet, quando actus ab universitate iuratus, non solum collegialiter, seu ab omnibus simul, sed a singulis etiam servandus est. Licet enim vi iuramenti non obligentur, donec iuraverint, eo quod iuramentum actio personalis sit; tenentur tamen titulo iustitiae, & obedientiae; quin & ad iurandum, ut dictum est, ab Universitate cogi possunt, nisi evidens, & manifesta ratio impediat.

IV. Quae III. An iuramentum servandi statuta Communitatis, Universitatis, &c. praesentia debeat etiam ad futura, nempe ad statuta in posterum edenda? Resp. Si iurans praesentem statuta iam edita, planum est, iuramentum non extendi ad futura edenda. Similiter, si iuramentum fuit absolute, communissima sententia est, retrahendum ad statuta iam facta, fecus ad futura: eo quod